

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. ex-
curf.

1 Si septem nervicis funibus, necdum sic-
cis, & ad huc bumentibus ligatus fuero;
infirmus ero, ut ceteri homines: dicit ve-
rus Hercules Samfon, sed per ludum, in
signum virtutis Martyrum: equidem di-
vinâ gratiâ prius rumpebantur ferrea ty-
rannorum vincula, quam fragilia e carne
corpora.

2 Si septem, &c. Ex robore laqueorum,
Samfon se probat invictum: rumpit gra-
tia quæque corde resistentia, fitque homo
infirmitior, dum sibi videtur fortior: equi-

dem tunc gratia eminet, quàm plus ma-
licia resistit.

3 Si septem nervicis funibus, &c. Samfon
cuncta fortia rupit, levia neglexit: & cor-
ruit factus infirmus, uti ceteri homines;
ut cuncti discant ex casu, cavere à levi
periculo: igitur quia abdidit levia, non
potuit rumpere fortia.

4 Si septem, &c. Vincit, dum vinci posse
dissimulat; & tunc artè regiminis elevat:
quandoquidem oportet in prudens regi-
men, dissimulatione simulare potestatem.

DIDASCALIA PRIMA.

Virtus Martyrum supra virtutem.

Virtus Mar-
tyrum mira-
bili.

1 Plura fortia facta diximus à plu-
ribus vi naturæ, mirabiliora
exponemus virtute gratia: equidem qui fra-
gillî corpore vicerunt mundum, dedit cœ-
lum in portentum.

Medios traduntur in ignes
Nil urente vago, tantoque ardore calentes
Cordis, imagine vincunt incendia pœna
Igne animi. O Quanta est credentium glo-
ria! Flammi

Sedal.

Ardentis fidei resistentia est flamma camini.
Canit Sedulius lib. 1. Carmin. v. 200. Alij
ludibria & verbera experti, insuper & vin-
cula & carceres lapidati sunt, secuti sunt, ten-
tati sunt, in occasione gladij mortui sunt.
Ceterum quid? Mira res! Samfonis illis ad-
hæsit nobilis honos: etiam morientes vici-
runt vulneribus inimicos. Astruat vel Ethni-
cus. Ex istis que terribilia videntur (ait Se-
neca Epist. 98.) nihil est invictum. Singula
vicere iam multi. Ignem Mutius, crucem
Regulus, venenum Socrates, exilium Ruti-
lius, mortem ferro adactam Cato.

Vitii vitio-
ret.

Uno se pectore cuncta vetustas
Condidit, & maior collectis viribus exit.
Minor aptius, & totis collectis viribus:
quandoquidem Christi halitus non requie-
vit athletarum, quousque victores perveni-
rent in cœlum. Si septem nervicis funibus,
necdum sicis & ad huc bumentibus, ligatus
fuero, infirmus ero, ut ceteri homines: di-
xit verus Hercules Samfon, sed per ludum:
equidem virtute mirâ, prius fortia rumpe-
bantur vincula, quam fragilia carnea cor-
pora. Infirmitas hominis ex debilitate car-
nis; etenim constat corpus ossibus & carne
& nervis. Unde à tyrannis cogitata infir-

Senec.

Claudian.

Iudic. 16. 7.

Illorum vir-
tus non fra-
cta.

mitas, maior Martyrum constabat virtu-
tis integritas: quandoquidem parebat fra-
ctum vulneribus corpus, ceterum non fracta
virtus.

2 Dixi Tom. 1. Tautolog. 1. Didasc. 10.
num. 10. & Tautolog. 5. Didasc. 19. num. 2.
de flexibilitate vitri. Sub Tiberio visam; as-
ferit Plin. lib. 36. cap. 26. Rhodig. lib. 20.
cap. 30. Dio in vit. Tiberij lib. 57. & Isidor.
lib. 16. Etymolog. cap. 16. Sub Nerone ex
ipso Plinio affirmat Eberhart Uveihe de
Speculorum Origin. num. 24. Petronius in
Satyric. fol. 21. inquit: Faber fuit, qui vi-
treâ vasa fecit tenacitatis tantæ, ut non ma-
gis, quàm auræ vel argenti, frangerentur.
Quum ergo phialam huiusmodi de vitro pu-
rissimo & solo, ut putabat, dignam Casare
fabricasset; cum munere suo Casarem adiens
admissus est. Laudata est species muneris,
commendata manus artificis, acceptata de-
votio donantis. Faber, ut admirationem in-
tuentium verteret in stuporem, & sibi ple-
nius gratiam conciliaret Imperatoris, peti-
tam de manu Casaris phialam recepit, eam-
que validius proiecit in pavimentum, tanto
impetu, ut nec solidissima & constantissima
æris materia maneret inleesa. Casar autem
ad hæc non magis stupuit, quàm expavit: at
ille de terra susculit phialam; qua quidem
non fracta erat, sed collisa, ac si æris substan-
tia vitri speciem induisset. Deinde martio-
lum de sinu proferens, vitrum corvæ aptif-
simè, & tanquam collisum vas æneum cre-
bris ictibus reparavit. Hæcænus Arbitr.
Ut ars huiusmodi vertatur in usum, signat
Plinius loc. cit. vitri recoctionem: unde
concludit: Peractis omnibus, qua constant
in-

Vitrum sua
xibile.

Petr. Arb.

Arts scien-
di.

Plin.

in-

Everhart.

Quorundam
Chymicar.

Petron.

Sanguis Mar-
tyrū fragili-
tatis robur.

Senec.

Ovid.

Cyprian.

Virgil.

ingenio, artem naturâ faciente, succurrit
mirari, nihil penè non igne perfici. Everhart
quò supra, inquit: Si sanguis birci, & cine-
res vitri aquis portionibus mittantur in ac-
tum, deinde chymico organo distillantur, &
in exceptam aquam vitrum maceretur; pli-
cabile, ceræum ac ductile fieri. Hæc requisi-
ta: sed quorsùm hæc? Aprè exclamat: Euen-
tus respondit hunc articulum artis Chymi-
cæ esse vanum: & serè totam Chymicam esse
artem sine arte, partem sine parte, cuius ini-
tiam est mentiri, mediū fallere, finem men-
dicare.

3 Huiusmodi ars tantum visa in lege
gratiæ, constante vitro fragilissimæ naturæ,
qua Casares Ethnici stupuerunt, & quasi
percolli exparant. Dum Tiberius artem ab-
olère voluit, tunc ostendit. Quæsit enim
Casar (inquit Petronius) an aliquis sciret
hanc condituram vitrorum: quod quidem ne-
garet, cum decollari præcepit. Effundere
iussit artificis sanguinem, & simul ostendit
condituræ virtutem: igitur si in carne elucet
vitri debilis inanitas; iam non fragilitas in
fragilitate corporis, quod fortiter perseve-
rat usque in effusionem sanguinis. Tyranni
carnem collidunt, verum Martyres non
frangunt: etenim quam vitri arbitrabantur
futilem fragilitatem, in æris videbant per-
transisse duritiem. Ignibus traduntur, aquis
præfocantur, macerantur aceto, coquan-
tur foco, rediguntur in cineres; nec ideò
fragiles: quandoquidem æris solidissimi ca-
ro monstrabat virtutem, dum videbatur vi-
tri præferre speciem. Bonus miles (ait Seneca
de Vit. beat. cap. 15.) feret vulnera,
enumerabit cicatrices, & transferberatus
telis, moriens amabit eum, pro quo cadet,
Imperatorem: habebit in animo illud vetus
præceptum: Deum sequere. Boni milites
Martyres, sequentes Imperatorem Christum,
dum altis vulneribus cadunt; igitur cadentes
victores exsultant. Non luctatoris insigne
soliis eluceat,

Qui, mirum, victor, eum cecidisset, erat.
Inexpugnabilem fidem superare non potuit
(inquit Cyprian. lib. 2. Epist. 6.) scævius
diu plaga repetita, quanvis rupta compage
viscerum, torquerentur in servis Dei iam
non membra, sed vulnera. Steterunt torti
torquentibus fortiores.

Neque his fuga nota, nec illis.
Sed ceciderunt victores, tormentis valentes:
igitur sanguine effuso; æs, aurum, ada-
mas vitrea videbatur caro.

4 Lapide Philosophali factum cuncta
transformari in aurum. Quod irritum ava-
ritiæ cupiditati, Martyrum patet pretiosis,

simâ virtute. Non adequabitur ei aurum
vel vitrum, dicit Iobus. Vitrum ne pretio-
sius, ut referatur post aurum? Dicit aurum,
vel argentum: verum vitrum? Summè fra-
gile: ideò maioris momenti. Non mirum,
quod in auro pertinax resistentia; equidem
materia & pretiosa & solidissima: mirum,
quòd ars ostenderet vitrum solidissimum
ut aurum: daturque æstimabilis pretiositas,
ubi relucet tantam fragilitas; quippe nil
magis pretiosum, quàm virtus auri, in fra-
gilitate vitri. Non adequabitur ei aurum
vel ad mas, legunt alij. Vide Sanctium. Ex
utraque voce super aurum constat pretiosi-
tas vitri: unde hic Mellius de Soufa succi-
nit floride:

Rutilo fulgentior auro,
Perspicuum superat vitrum.

Adamas emblema invictissimi roboris: at
vitrum futilitatis: simulque exponuntur au-
rum & vitrum, vitrumque superans aurum;
quoniam excedit ampliolem pretiositatem,
habere vitrum adamantis virtutem. Natura
vitri debilis, vel tactu frangitur: adamantis
verò stabilis, nec percussione percutitur:
unâ demonstrantur vitrum & adamas; ut
clareat vitri cum novitate pretiositas: igitur
novum, vitrum ita propriam excessisse con-
ditionem, ut adintra adamantem habere
soliditatem.

5 Virtuti strenuæ Martyrum debebat
tur huiusmodi portentum, contra ingenia
dirissima tyrannorum. Caro nostra ænea
non est, sed sensu delicatior, quò fragilior.
Vi cruciaminum, rupto vel compage visce-
rum, videbatur tyrannis, quòd vinci possent
Martyres, uti homines. Fraudati sunt voto,
estò fragilis corporis caro: rumpebanturque
implacabili irâ, amissa præcogitata victoriâ;
quippe inveniebant soliditatem auri, quo-
rum in corpore fragilitas vitri. Nesciebant
hanc condituram vitrorum, ut fragile fieret
firmiter: cum starent torti Martyres torquen-
tibus carnificibus fortiores, imò ridentem
tormenta, quasi delicia cruciamina, & me-
dicamina vulnera; amotâ tyrannorum men-
te, & super aurum vitri offensâ pretiositate:
siquidem si in carne virtus; caro fracta vir-
tus firma, quin frangeretur, cruciatibus
fracto corpore, quò supebant crudelissimi
tyrannisenim mirabantur visis vulneribus
corporis, in fragili conditione conditionem
adamantis. Phrasis miræ Scripturæ, qua ex-
primitur, quid fecerit Nabuzardan ex spo-
lio Sanctuarij Ierusalem. Cuncta sepovuit:
Que aurea, aurea: que argentea, argentea,
Malvend. Quod aurum, aurum: quod ar-
gentum, argentum. De sensu literali dice-

Iob 28. 17.

Erat virtus
auri in fra-
gilitate vit-
tri.

Soufa,

Et resistentia
adamantis.

Virginam
Martyrum
virtus.

Et pretiosita-
tas.

4. Reg. 251
15,
Malvend.

mus Deo bono, Tom. 6. Tautolog. 3. Si aurum, aurum utique: etiam argentum, si argentum: cur ergo signat argentum argentum; & aurum aurum? Ignorabat novam vitrorum condituram per divinam inexpugnabilem gratiam.

6 Vasa sacra in templo Domini sunt corda fidelium, maxime Martyrum, constantia pretiositatibus, habentium thesaurum fidei in vasis scitilibus, nimirum in corpore carneo fragilium membrorum, atque obnoxio acerbitati cruciaminum: diciturque aurum aurum, & argentum argentum; propter Martyrum virtutem, habentium corporis fragilitatem: etenim si fragilitas carnis signatur per vitrum, roburque per argentum, & aurum; non magnum, aurum aurum, & simulque argentum argentum; sed vitrum solidius super argentum & aurum; quippequam virtute divina, spectabili constantia, auri & argenti conditio soliditatis inveniebatur mirifice in vitro fragilis corporis. Aptius promam, Virgunculae, quae iam Divae, conditione teneritudinis & aetatis, vi doloris à tyrannis iudicabantur uti vitrum, dum viros fortes inveniebant tanquam argentum & aurum, quod ictibus non frangitur, sed extenditur. Arbitrabantur aurum, aurum: argentum, argentum: vitrum, vitrum; sed inveniebant vitrum super argentum & aurum: igitur virtus & auri & argenti, aetate atque sexu fragilis; cum armatos prosternerent hostes pusillae fragiles virgines. Quicquid in fide, solidum: ei adequatur tam aurum, quam vitrum. Nullum discrimen inter virum & foeminam ad victoriam, vitro mutato in aurum, constantia virginum; quippe soliditas auri, ubi virtus putabatur tanquam vas figuli. Apparent vitrum, sed stant aurum, victis ignibus, crucibus, ingeniosa crudelitatis doloribus, frustrata cessionis spe, vel cum accederet mors: equidem experiebantur in vitro debilis corporis, inflexibilem conditionem adamantis. Nihil (ait Tertullian. de Veland. Virginib. cap. 1.) sine aetate est. Granum est primo; de grano frutex oritur, & de frutice arbuscula entitur: deinde rami & frondes invalescunt; & totum arboris nomen expanditur, & inde germinis tumor, & flos de germine soloitur, & de flore fructus aperitur. Videtur sine aetate in virginibus perfectissima aetas, atque in fragilitate nulla fragilitas: equidem prostrato hoste, nec cedente in morte virgine, ipso flore fragilissimae aetatis, rutilat fructus aureus solidissimae virtutis. Vincit ergo supra aetatem, supra naturam: sed delicemus causam.

Qua virtute simul aurum & vitrum?

Tertull.

Virtus illarum supra aetatem, & constantiam.

7 Si quis vult post me venire (dixit Assertor N.) abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Pendenda coniunctio sententiarum, spectabilior ex sententijs Doctorum, Commendatur sequenti Salvatore, quod à se deficit, & abneget usque ad mortem crucis, inquit Saà hic ex Gregorio Magno, & Chrysostomo. Cur igitur persistenti in afflictione proponitur negatio sui? In solamen certaminis & ostensionem virtutis: igitur Martyr ita patitur cruciatum, quasi non esset tormentum. Caeterum quomodo, dum utriusque videtur impossibilis connexio? Pati supponit patientis sensibilitatem; à se desicere, mortem. Ad primum debet esse vivus, ad secundum vero mortuus. Vita simul & mors sunt? Si Martyr torquetur, ut moriatur; vivens torquetur: quo intuitu in dira sanguinolenta passione, exponitur ut cadaver? In virtutis portentum, despicientis tam tormenta, quam tyrannum: igitur cum mors sensum corpori adimat, atque cadaver nil sentiat; demonstratur quasi mortuus, patiens cruciamina vivus: quandoquidem sentiens intolerabilia perferit, quasi nihil corpore faucio sentiret. Vivus sibi se non abneget, quoniam impossibile, ni à se deficit. Mortuus defensione sui non est, etenim à se desicere est mors: patiturque fortiter, valdeque tormenta, quasi defecisset vitas; quippe ad corporis cruciatum, mira virtute quasi non haberet sensum.

8 Beatum dixerim & sanctum (ait Bernardus de Diligendo Deo, cap. 10. n. 27.) cui tale aliquid in hac mortali vita raro interdum, aut vel semel donatum est: te enim quodammodo perdere, tanquam qui non sis, & omnino non sentire te ipsum. Nullum signum Martyres ostendunt doloris, vel dum ictibus scinderetur lapis; ut claret virtus, ubi trucidatur corpus: igitur dum magis urget in cruciamina crudelitas, quo ad sensum vulnere quasi cederet adamas. Sese non sentiunt, unde certamen beatum, quia à se deficient: dicunturque viva cadavera, dira patientes tormenta; quoniam dum sensus de cruciaminibus dolent, virtus illorum quasi non sentiret. Innuat Salvator: Trademini (ait) à parentibus & fratribus, & cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis: & capillus de capite vestro non peribit. Quorsum capillorum mentio, quando gliscit usque in lava cruciamina persecutio? Responder Gregor. Magn. in Evangel. Homil. 35. Ait ergo Martyribus suis: capillus de capite vestro non peribit. Scimus, quia caro incisa dolet: capillus incisus non dolet.

Math. 16. 24.

Saa.

Tormenta unde illi sustinet?

Bernard.

Sentientes insensibiles.

Luc. 11. 16. 18.

Sent.

Sentiunt dolores ex tormentis, quasi non essent dolores: equidem tanta virtus pectoris, ac fortitudo virtutis; ut illis divinis membris, ictibus contractis ossibus, corporis recisa carne, quasi per ludum reserarentur capilli. Homines sunt, & sensibiles, non lapides; veruntamen quoad cruciaminum sensum, quasi percuterent saxum. Adinstat capillorum iacent vulnerata membra, quae insensibilia, esdò torta: equidem cum atroat virtus, quod inficiatur sensitivum corpus; sentiunt, ut vincant, tormenta; sed ut cedant qui caesi, quasi cadavera.

Vivunt cadavera.

Prudent.

Quare?

2. Cor. 6. 9.

Non dolent dolore.

Ierem. 5. 3. Castr.

Ridemur, exclamat furens Praefectus, ac miris modis Per tot figuras ludimur, Et vivit insanum caput.

Canit Prudent. in Perisepth. vers. 553. Aptè tyranni ridentur, ibiherentes Martyribus cruciatum, quin sensum sentiant patientium, in confusione furoris, & signum cruciatorum fortitudinis: etenim si ex sensu dolores mortis in corpore tolerantium, expectabant, vel extorquebant consensum; ubi ex doloribus nullus dolor, spes tota frustrabatur: cadebatque, qui cruciamina parabat, vincente vexationes qui cadebat; quippe si sensus ad passionem corporis, ad consensum in idola sensibilitas cadaveris: ut quantum miris tormentis dira ingereretur mors, in pectore persequentiis foveretur nec spes.

9 Astipulatur Paulus: Quasi morientes (inquit) & ecce vivimus. Modificatio explicat ascannum, atque Martyrum confictum, illustri agone, & illustriore virtute. Non morientes, sed quasi morientes. In vita Martyris & acerbitate tormentorum, Gentilis Dynastia staturabat triumphum: & ut virtus fidei spem tolleret conceptam, Martyr dicitur habere, quasi non haberet vitam; quippe si mors sensum tollit, & spem cessionis aufert, inferentium tormenta, spes tyrannorum vacua: igitur à fervis Dei perlatum dixim martyrium, quasi non haberent in cruciamina sensum. Percussisti eos, & non doluerunt magis quam saxum, inquit Castrò hic in Paraphras. A planta pedis usque ad verticem sanitas corporis nulla, quippequam vulnera torta, & non membra; quin virus discerneret artus, ubi totum stat pro vulnere corpus. Scripsit tyrannus sanguine acerbiteram, quin locus esset in doloris notationem. Vivunt plagati, vel moriuntur? Vivunt invicti Martyres, sed quasi morientes: etenim si vulnera dolorem ingerunt, mortificos dolores dolores auferunt; quia quasi morientes, nullos sentiunt ex percussione dolores: quandoquidem perpetentes virtute spectabili tormentum, percussis visceribus nec dolent magis, quam saxum. Hinc addit ad carnificum stuporem fideique affectum mirabilem, Ecce vivimus: Ecce indicat aliquod singulare. Magnum utique. Nihil mirum, quod sine sensu cadavera: mirum, sine sensu sensitiva corpora: dicuntque strenue cadentes, Ecce vivimus; ut clareat pectoris mirabilis animus: etenim mirabile, quod vitam haberent, & dolores ex plagis vehementibus non sentirent.

Qui vincitur, vincit. Pellitur à populo victus Cato: tristior ille est. Qui vicit: faciesque pudet rapuisse Catoni. Accinit Petronius Carm. 19. Hinc risus ex ludicro triumpho, & conamine furioso: quandoquidem si in animum vulnere tyrannus incubuit; corpus morte illata superavit, verum animus non cessit.

10 Ostendit caelitus gratia, quod ignorabat natura: Non est fortitudo (ait Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 12. cap. 5.) qua contra naturam nititur monstri vice, ultraque modum eius egreditur: qualem fuisse accepimus in ludo Caesaris gladiatorem, qui quum vulnera eius à medicis exsecerentur, ridere solitus fuit. Quia supra naturam inficiatur huiusmodi animi fortitudinem: in hocque mirabile, quoniam supra carnis conditionem. Canit Silius Italicus lib. 1. de Bell. Punic. à vers. 171.

Non ignes, candensque chalybs, non verbera passim Ictibus innumeris laecerum scindentia corpus, Carnificesque manus, penitus se infusa medullis

Pestis, & in medio lucentes vulnere flamma cessavere: superat, ridetque dolores. Eadem referunt Valer. Maxim. lib. 3. cap. 3. & Livius lib. 21. Hic addi potest, quod de Callimacho athleta in Paral. observat Plutarchus. Multis (inquit) traiecit laculis, etiam cum expirasset, consistit. Si haec in natura, quid gratia? Virtus conficit, vel dum cadaver cadit. Magis plauditur, ubi ultra modum egreditur: modusque exceditur fortitudinis, non solum in consentientia cadaveris, sed cum Martyr ridet superando dolores. Degustato Sardorum gramminum succo feruntur in morte ridere, ait Liplius in cap. 14. Senecae de Tranquill. Succus nobilior, utpote celestis, quo rident morientes Martyres. Tyranni crepant, Martyres exultant: equidem si ex vulneribus victoria, rident accipientes vulnera: tyrannique ex Martyrum vulneribus, quin

Unde?

Petron.

Aul. Gell.

Vulnera ridetur.

Sil. Ital.

Plutarch.

Post mortem etiam virtus.

Iust. Lipl.

Mors illis etiam virtus.

quin percuntur, afficiantur doloribus.

Et pro sed. 2. Cor. 6. 9.

Martyrii dolores in inferenti.

Ubi sup.

Tyranni Martyrum vulnerati.

Plal. 38. 11.

11 In tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, erant usquequaque Martyres, inter quos Doctor Gentium, occasiones describens martyriorum. Multa profecto gravia ex cruciatibus: sed quid ex omnibus? *Ut castigati* & (pro sed) non mortificati. Alij: *percussii, verum sine mortificatione*. Prorsum difficile. Vidimus eos vulneribus quasi tristes, sed ex animo gaudentes: ceterum vulneribus usque in interitum plenos, & tor plagis nequaquam mortificatos? Mortificatio sequitur sensitivum conditionis: quomodo nulla ex doloribus carnis? Si vnius dolet, & mortificatio carnis ex praternaturalitate doloris; quo pacto non mortificati, qui ita vehementer percussii? Quoniam pondus doloris in inferentes. Vulnera infliguntur, ut Martyres dolore recedant a fide. Ni recesserint, percussii non dolent, esto afficiantur vulnere: Martyresque obijciuntur ut castigati, & non mortificati; quoniam tyranni patiebantur gravem mortificationem, eo quod Martyres percussii alit conservarent fidem. Hinc illud praefatum: *Percussisti eos, & non doluerunt*. Martyribus inferebant cruciamen: hi cruciaminum retorquebant dolorem, quo torquentes fremebant, dum patientes exultabant: hique vere dicuntur percussii, sed non dolentes; quippe ubi mortificatio, ibi inherebant dolores: igitur fide stantes sunt percussii, sed qui doluerunt, tyranni. Aliud est mortificatio vulneris, & aliud vulnus mortificationis. Primum sine percussione non fit: secundum sine dolore, & dolor maximus est: dolentque, qui non percussii, percussique si iacent, non iacent mortificati; quippequam grande in peccatore vulnerantibus cordolium, fidei constantia, & patientia ex tanta illatione vulnerum. Paulus exprimit per ly *Quasi castigati*, vel percussii. *Quasi* signat mortificationem, non entitatem: & dum Martyres percussii, dicuntur *quasi*; quia vera mortificatio inferenti, sed non Martyri: siquidem in tyranno vulnera gravia dolorum, in Martyre tantummodo signa vulnerum.

12 Tyranni praese ferebant imaginem doloris, Martyres illorum crudelitatis: igitur firma fide, virtute stabili, dolorem non patitur, qui percucitur, sed a quo passio iubetur, tolerante plagas atque dolores, quibus insigniti Martyres. *Amove a me plagas tuas*: vox est tyranni ex mota persecutione, ut notat Lorinus. Unde Maluend.

legit, & simul exponit: *Amove a me plagas tuas: a bello, a certamine, a consilio*. Grave occurrit argumentum. Si dicit *Tuas* quasi alienas, quo sensu *A me* quasi proprias? Certamen, bellum, consilium (ex quibus vulnera, atque vulnera in dolorem) intersunt sane inter tyrannum, & martyrem: quomodo Martyris plaga amovenda a tyrannorum corpore? Quia vehementer tyranni dolent de ipsis vulneribus, quae Martyres habent. Vulnera habent inflectionis signa, & habent etiam cruciamina. Dolor percucit perseverantem, ubi non vincit doloribus Martyrem: peccatoris in fide firmitas torquet in inferentem illatas plagas: & quae Martyris a bello, a certamine, a consilio, inveniuntur in tyranno; quippe tyranni summi vulnerum dolores, quod vulneribus summi non cedant Martyres. *A me & plagas tuas*, ut pateat constantia torta crudelitas: equidem cum hae integra, si vincat, & iugalata, si cedat; plagas quas vidit alienas, sine triumpho facit proprias, mortificatio corde, ex casto Martyrum vulnere, quo sine percussione infeliciter corrumpuntur quippe Martyrum vulneribus cor usque vulnerantur.

13 Martyrum erat tormentum, & torquebantur ex tormento Martyrum. Vulnus habet, qui poenam vulneris habet; manifeste, si sine vulnere dolet: vulnere gaudet studiosa crudelitas: & sentit sibi inflectas alienas plagas; quoniam tyranni vulnerati punguntur, ubi Martyres percussii ab illis, non cedunt. In Martyribus dolor sequitur inflectionem vulneris: in tyrannis vulnus illationem doloris: plagaque illata stigmatem ac cruciamine videntur promiscuae; quia quas fideles animi praesentia habebant in carne, tyranni truces patiebantur in corde, gravem subentes dolorem, graveque tormentum, ex dolore retorto vulnere Martyrum. Hinc intelligitur germinatio illa, qua anima, cuius typus Sponsa, propria lamentatur vulnera. *Percusserunt me*, & *vulneraverunt me*, inquit. Potest dividi in eodem actu percussio atque vulneratio: equidem anima percussione suggestionem vulneratur, si cedit: percucitur, sed non vulneratur, si resistit. Martyres percussii stabiles, in quorum peccatore firma rulebat fides: dividunturque percussiones & vulnera, ut eluceat quanta tyrannis ex fidelium constantia: igitur quia Martyres non cedentes percucuntur, tyranni vulnerantur.

14 Oderant filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis, dicit Moyfes. Maluend. *Compuncti fuerunt de faciebus filio-*

Maluend.

Quae Martyres in cute, habent in corde tyranni.

Illorum constantia in tortores retorquebat vulnera.

Cant. 5. 7.

Exod. 1. 12. 23. Maluend.

Hay.

Cruciatibus quos torquebantur.

Ex gaudia Martyrii, dolores tyrannorum.

Cyprian.

Gen. 32. 24. Ver. 25.

Ver. 26.

filiorum Israel. Bibl. Maxim. *Spinati erant Aegyptij a filiis Israel*. Si filij Israel oppressi & afflicti, quomodo affligentes & compuncti & spinati? Israelita percucitur, & tyrannus patitur? Torquetur & torquetur? Utique: intime dolet, quoniam fideles affligit: equidem cum non cederent, quantumvis tyranni affligerent; quas inferebat furiosa crudelitas, vellet nollet patiebatur spinas. Victoria inclyta instructa erat a fidei constantia, atque peccatoris patientia. Spectaculum profecto insigne, ac omnimodo singulare inter diros carnifices, & patientes Martyres. Pridem visum opprimi percussos per tormentum. In conspectu videndum aliquid novum: & spinati, compunctique dicuntur ab oppressis & afflicti ipsi tyranni torquentes; quia non novum spectaculum, ni eisdem cruciatibus, quos torquebant, torquerentur. *Spinati*: ex spina scissura levis, ceteram dolor ex cruciamine gravis, quoniam usque ad intima cuspis: tyrannisque summe patitur, quo patiens dire torquetur; quippe spina & sagitta vulnerum torae in corda inimicorum. *A faciebus*, & nequaquam a doloribus. En ingenium Martyrum, & cruciamen opprimentium. Tormenta sequuntur nocivis passioibus anxietates, equidem cruciatuum comites; minime triputia & gaudia, a quibus exules vulnera: spinati, saucique dicuntur tyranni Aegyptij, dum lati apparent ab illis & vulnerati & oppressi; quoniam in tyrannis opprimentibus summi usque in praecordia dolores, saucios inspicere vulneribus exultantes ac gaudentes. Apposuit Cyprianus, quo supra inhi: *Nec cessistis, o Martyres, supplicij, sed vobis potius supplicia esserunt*. Unde victoria? Ex virtute atque patientia, quae ita victi tyranni; ut recederent a vulneratis intimo dolore oppressi: equidem quas immiserant spinas, recipiebant uti lanceas.

15 In conspectu agonista ingreditur Iacob, sed provocatus. Iam hostis victus; equidem etiam validam frangit virtutem, athletam excitare dormientem. *Mansit solus & ecce vir luctabat cum eo usque mane*. Iacob resistit: & cum adversarius videret, quod eum superare non posset, tetigit nervum femoris eius, & statim emarcuit. Eisdem percussus, pugil nobilis praevallet, & ita inter lacertos stringitur; ut antipalastrita, experto robore, anxie obsecraret dimitti. *Dimitte me*, ait. En spectaculum, Deo dignum, inter Martyrem & tyrannum; maxime in sententia diabolum propugnatorem asserentium; ut astruant Origenes in *Periarch.* lib. 3. cap. 2. (quem citat Hieronymus in

Epist. ad Ephes. 6. 22.) & Procopius Gazus, uti observat Pererius hic, *disput.* 2. num. 22. & Alapide: quomodo sententiam ut vulgarem apud Rabbinos hic etiam refert Lyranus. Modò in propositum. Si Iacob in luctamine percussus, ita ut ambulare nequirit; quare non celsit? Quoniam percussus adversarium percussit. Totus conatus diaboli incubuit, ut resistentem prosterneret. Nervum sauciavit ictu valido, ut cederet cedens ictu. Iacob resistit & contigit: ad versariusque recedere exoptat illafus, & vulneratus; quippe Iacobus non celsit, quantumvis percussus. Dum exitus contradicit conatus, vulnus indigitur ex cogitata intentione. Lancinant viscera aliena vulnera, cadentibus adversarijs virtute, ubi frustrantur comitiae; etiam videntes validiores viribus tor percussioibus saucios: certamenque fugit, qui in certamen provocavit; quoniam quantumvis sine lesione, & loco cedit vulneratus a vulnere.

16 En theatrum, ubi confertur virtus Martyrum & tyrannorum. Capiunt hi dimitti, celi Martyres sauciati. Illati sunt, plagae & vulnera Martyrum usque ad cor. Cur igitur torquentes pacifici in recessum volunt, quando Martyres ex percussione torquentur? Stupent tyranni & dolent; ex his quae vident: equidem mirum, quod vulnus vires augeat, cum vires tollat. Tumidi sunt, cum vulnera inferunt: timidi quum vulnerati contendunt: equidem cum amittentes vires, habeant ampliores; petunt dimitti tyranni, quippe effugium non habent, nisi fugere. Percucunt Martyres, ut prosterant; & tunc magis ac magis formidant, timidos; imbecilles exprimentes animos, equidem percucientes timent percussos. Optant dimitti; ne in certamine victores a victis tradantur morti, ob cuius metum resistentes percucunt: simulque imbelles tot armis semetipsos offendant; quando percussos lethaliter, ac vulneratos formidant. Vincere cupit tyrannus & fugit victus. Martyres accipiunt a percussioibus vulnera, & adeli comes victoria. Victores & cadentes in certamine? Utique. Nova ac singularis ovatio; quoniam athleta triumphans vulnera perferendo: tyrannique cadunt, fugiuntque certamen; in saucijs contemplantur formidabilem virtutem. Olim alas datas pilis, seu lanceis, observatur ex Statio 5. *Silvar.* v. 92, succinente:

Omnia iam letas pila attollentia fronder, Multaque fumosa signatur lancea pennam. Famulabantur tyranni Martyribus in coronam, ipsis instrumentis quibus arripiebant

Quomodo & unde tyranni sine vulnere percussii?

Vulnera vires augent.

Tyranni certantes fugientes timidi.

Olim pennas in lancea.

Stat.

vi.

Dum Martyres cruciatur, in caelestia dimittuntur.

Lucan.

Senec.

Sanguis, morte gaudet immortalitate.

Arator.

vitam: igitur cum lancea orientur pennis in signum crudelis velocitatis; in Martyres vibrantes iacula, conferunt alas, quibus volent in aethera. Pennas & lanceas: has sibi, illas Martyrum glorificationi; quippequam in empyrium affumunt pennas, quando se contra tyranni retorquebant lanceas.

In sua vitrici conversum viscera dextrae. Prostratis hostibus, acquiritur triumphus, diriguntque iter in caelum Martyres, sumptis ex penis pennis; igitur in sedem caelestem animae volent, dum corpora crudi tyranni lancinant. Omnes isti (utamur, nobiliore, vero proposito, verbis Senecae de Tranquill. animi, cap. 15.) levi temporis impensa, incenerunt, quomodo aeterni fient. Ad immortalitatem moriendo venerunt. Vili sunt oculis insipientium mori, dum incipiunt fui gloriosa immortalitate. Ardua via, verum virtutis, si ardua.

Ad quam miles ovans, per vulnera sacra vocatus.

Sanguine fecit iter.

DIDASCALIA II.

Paulus e sua conversione vera imago Salvatoris crucifixi.

Etiam insensibilia sentiunt auctorem, ut tanta maiestatis astruant vel silentio fidem: unde Aserior N. dixit Pharisaeis in potentorum signum, Lapides clamabunt. Quanta adhibenda miraculis fides, ob qua loquantur vel lapides! Vidi Venetijs (ait Gassarellus in Curiositatib. inauditis, cap. 5. n. 1. ex Cardano lib. 7. de Subtilit.) in marmore imaginem Crucifixi, iam exacte representati, ut in eo clavi, cicatrices, guttae sanguinis, non aliter quam a pictoribus peritissimis exhiberi solet, figurarentur. Idem asserit Bravius in Peregrinat. Oriental. Insigne sane naturae opus: verum est aliquid maius. Maius! Ubi?

In lapide Pauli pectore: equidem conversione mirabili, mutatione dexteræ Excelsi, gratia caelestis artificis, fulget in marmore imago crucifixi Salvatoris. Ibi clavi, ibi sanguinis guttae, ibi vulnerum cicatrices. Iam clamat lapis: igitur divina Salvatoris imago micat in corde marmoreo. Nemo mihi molestus sit, inquit, ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. In quo molestia, de qua queritur Paulus? Ex facta inquisitione, cuius servus; equidem, si stigmatibus innotescit Dominus; in clavis, in vul-

Luc. 19. 40.

Imago Crucifixi in marmore.

Iacob. Gass.

Et Pauli corde.

Galat. 6. 17.

neribus, in effuso cruore, vel à longè videbatur imago Domini crucifixi. Scrutemur. De servitute est molestia, & ille offendit in corpore Redemptoris stigmata. Quorsum ergo huiusmodi signum? In conversionis miraculum. Paulus marmor erat in lege, adamantino corde, cuius resistentia expellebatur gratia, qua imprimere studebat caelestem imaginem, in servitutis nobilissimum indicem: & per stigmata Domini Iesu qua portat, mirabilisorem cordis conversionem signat; quippequam cum clavis, sanguinis guttis, vulneribus, cicatricibus haec Crucifixi imago, etiam in corde marmoreo. Per scriptum patebat conversionis miraculum, equidem cor convertenti non devotum; imò legis servitute pertinax, atque impressioni repugnax. Mirabilis conversio, & conversionis modus, sed mirabilior articulus; quia Paulus non procedebat obsequens, sed persequens, facta conversione in ipsamet voluntate peccandi: unde si Deus magnus in conversione, & quia imaginem scripsit in marmore; profecto in gratia donata summus, igitur

Scripsit in marmore Iesus.

2 Spiritus Achillis fractus ab Apolline, eiusque fatum, obumbrant ficta floride articulum.

Primò audita divina voce, Omnes magna incessit admiratio. Non enim credebant immortale Dei corpus; Ex oculis verò Solis magna vis ignis Emicabat, terra sub pedibus movebatur: Mox horrificum extulit clamorem potens Deus,

Ut Achillem è duello averteret, Conflernatum Dei voce prodigiosa.

Ita Quint. Smyrnaeus, seu Calaber in Paralip. lib. 3. v. 35. & lib. 8. v. 249. Iam habet fabula ficta locum, cum videamus Paulina conversionis prodigium. Cum iter faceret (inquit Lucas) subito circumfalsit eum lux de caelo, & cadens in terram, audivit vocem dicentem sibi, Saul, Saul quid me persequeris? Viri autem illi qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Fractus ergo audaciae Spiritus, ceciditque à corde mortuus.

— Qui vertitur, alter habetur: Denique Saulus obit, quia Paulus vivere cepit.

Ut canit Arator in Act. Apost. lib. 1. v. 910. Prius prosterendus, postea erigendus: prius percutiendus (ait Augustinus. serm. 14. de Sanctis.) postea sanandus. Dum sanatur in erectionem, verus Iustitiae Sol in corde scri-

Qua prodigiorum.

Ovid.

Achillis ruina.

Quint. Calab.

Dum cadit Paulus, erigitur.

Act. 9. 3.

Arat.

Augustinus.

Unde via conversio mirabilis!

Verf. 15. Nomen pro cuius est nomen.

scripsit imaginem, quod quidem lapide lege, non absimile maiori, impressioni non cedens, sed resilienti. Unde cum ex effusione in contrarium voluntatis propositum, nolescat gratia singulare miraculum, & per impressionem in materia tenaci imaginis Crucifixi clereat pondus voluptuosum speciosissimae gratiae; magnus effectus est Paulus, atque mirabilis cordis conversione Deus: igitur nova & mirabilis conversio, qua imago Crucifixi impressa in corde lapideo.

3 Vas electionis est mihi (dicit Dominus Ananias) ut portet nomen meum. Nomen pro cuius est nomen saepe usurpatur in Scriptura, ut fuscè dixi Tom. 2. Tautolog. 3. num. 13. Q. d. ut portet me, & notescam per Paulum. Quodnam igitur in cognitionem signum? Imago impressa in pectore ipsius superioris gratiae: equidem si missionis propositum, predicare Christum, & hunc crucifixum; apprime perficietur per Paulum: igitur habet in pectore imaginem Crucifixi, eam sanguinis guttis, cum clavis, cicatricibus, vulneribus. Vas electionis. Cur non vas electum, estò charismatibus pretiosum? Ut dicat aliorum utilitas, quanta huius vas pretiositas. Predicatione Pauli in Gentibus notus fuit, qui tantum pridem in Iudaea Deus. Convertendus mundus, ubi Paulus conversus: diciturque vas electionis vas electum, ob conversionem mirificam electorum: equidem imago Crucifixi facilius imprimeretur in corde, qua impressa fuerat in marmore. Quo pacto mundus Christum non loqueretur, si lapis loquitur? Gaudebant homines Dei aeterni cognitione, si hunc conformes imagini filij sui. Paulique predicatione formabantur; quia facilius convertentur; igitur cedent fidei humana docilia corda, ubi cedunt imagini corda saxea. Ita à Paulo portatur Dei nomen, eius gratiae demonstrante magnitudinem, quò non plus, quò ultra non est: siquidem nulla celsior in gratia iustificante magnitudo, quam Pauli praecipitis subita in Christum conversio.

4 Formavit igitur Deus hominem, dicit facit historicus. Ad quid Igitur? Cuncta formaverat: sanè, & dicitur Igitur, operis superioris nota; ut notaretur opus supercuncta. Considera totum Deum occupatum, in huiusmodi opus perficiendum, ut diximus Tautolog. 8. Didasc. 5. num. 2. Verum quare? Articulum pendet. Formavit igitur Deus hominem de limo terra, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est homo in animam viventem. De limo fecit hominem: & tota Dei describitur occupatio, quia fecit è limo. Indispo-

Unde si conversus Paulus, & conversus mundus?

Genef. 2. 7.

sita erat materia in formam hominis ostensuram potentiam maiestatis: totusque Deus occupatus describitur, dum homo è limo formatur, tanquam eximum opus; quoniam totus Deus necessarius, ut constet rationalis natura, ex omnimodò indispofita materia. Altius aliquid latet, dum figura hominis transit de limo terrae in spiraculum vitae. Spiraculum vitae dicitur divina gratia, quae vitae hominis vita, atque forma pulcherrima. Limus peccatum est, quo anima averfa renuit dispositionem in gratiam sanctificantem: totiusque Dei obijctur occupatio, ubi sicine gratia formatur homo; quippequam eximum opus forma iustitiae, voluntate tenaciter inhaerente in ipso limo peccati. Formavit hominem de limo: informavit, & factus est homo. Stupuit opere mundus. Quis artifex? Si factum opus, Igitur Dominus Deus: etenim tantum opus Dei, & quasi occupati in opus, quòd steterit homo ex omnino pugnaci, indisposito subiecto.

5 Formavit igitur Deus. Alter de scripserat Moyses. Creavit Deus hominem. Quomodo Deus hominem creavit, si è limo produxit? Creare duplex est (inquit Vallesius Philofoph. sacri. cap. 1.) alterum & praecipuum, ex nihilo facere: alterum sine materia dispositionis facere, nam substantia non videtur aliter fieri posse, quam generatione, aut creatione: generatio verò non est nisi in materia disposita, qua igitur sine materia dispositione est, creatio operari debet. Creatur ergo homo, etiam formetur ex limo: equidem quasi non praesupponeret materia, ubi materia indisposita. Primum dicitur praecipuum: facit, in ordine natura; sed non in ordine gratiae: igitur maius Dei opus, hominem fieri in hominem ex indisposita materia, quam ex nulla: quoniam si nulla non resilient, & indisposita pugnaciter sese opponit: grande, & maximum opus Dei, quòd forma dicitur iustitiae, repugnante in contrarium voluntate. In potentia obedientialia non est repugnancia; quoniam aliter non daretur obedientia. Voluntas humana potest resistere, uti de facto saepe resistit gratia. Vide Sfondratum in Nudo praedestin. part. 1. num. 1. & Castell. de Liberi arbitri. disp. 2. quest. 4. sect. 9. Unde si magnum opus peccatoris conversio; amplior Deitatis magnitudo, quàm gratia hominem averlum reformatione format, & voluntas anteedens reformationi repugnans.

6 Quicquid factum ad reformationem hominis primi, typus elucet reformationis Pauli. Hinc novus homo, & è peccati limos equi-

Converso peccatoris rebellis opus eximum ad vinitatis.

Cap. 1. 17.

Valles. Creatio vera quomodo ex praesupposito subiecto.

Cur opus est minus rehellis cordis conversio.

Ephes. 2. 48

equidem adhuc post obitum Stephani, spirans minarum & cadis in discipulos Domini, Damascum ab urbe perrexit, ut siquos invenisset, victos perduceret. Ita voluntas erroris tenax veritatis aversione, in ipsa actuali intentione & intensione peccandi. Sed quid?

Amabitur agnus
Quo properat sevir lupus: fors lata ruina
Id qua culpa cadit: discit de corpore lapsa
In mentis iam stare gradu.

Arator.

Canit Arator, qua supra, vers. 707. Formam videtur gratiae, in spiraculum vite; cui figura tantum hominis, ex umbris malignitatis. De limo Paulus erigitur, ubi a Deo in formationem profertur; ut habeat ex fide formam, qui ex lege habebat figuram, Deusque elevetur per collatam gratiam: igitur Dei elevatio, quod averla voluntate formatetur novus homo ex praesupposito indispotito subiecto. Iuxta Div. Thomam 1. part. quest. 105. art. 7. ad 1. iustificatio impj non potest dici miraculum proprie, est mirabilis; quia non praeter ordinem forma iustificantis: & ad hoc ut sit miraculum, praeter, supra, aut contra naturam debemus videre effectum. Idem de Potentia, quest. 6. art. 2. ad 3. In conversione Pauli lucet miraculum, & miraculum summum: equidem summe mirabile, dari beneficium gratiae absque prava recipientis dispositione. Nulla forma potest esse nisi in materia disposita: gratia subiectum est anima, quae per aversionem vel conversionem, indispotita vel disposita manet in gratiam iustificantem. Gratia iuxta gratiae ordinem datur, ubi anima antecesserit disponitur: ultra ordinem; si indispotita conceditur; quippe ei proterve repugnat, quae in conversionem reformatur. Unde Christo iustificante Saulum, extra ordinem gratiae gratiae prodigium: quippequam concessa gratia, & voluntate indispotita, & voluntate antecesserit averla.

Pauli conversio Deita- tis elevatio.

Unde:

7 Intendamus in formationem Adami, quo spiraculo vite visus homo primus, ut per reformationem Pauli ex anima vivente objiciatur oculis homo novus. Ad formam hominis indispotita erat Adami materia; igitur in limo humido nec ad corpus apparebat dispositio; nihilominus tamen creavit Deus hominem ad imaginem suam. Non miraculum, quod homo fieret, sed quod ita fieret homo. Non miraculum eius formatio quo ad factum, sed quo ad modum. Consule Angel. Magistr. 2. Sentent. dist. 18. quest. 1. art. 1. ad 5. Unde modus miraculosus, ubi fit de terra Adamus? Tantum, quia factus

Genes. 1. 27

è terra, materia omnino indispotita; plauditurque miraculum ob singulare formationis modum; quoniam iure singulare miraculum, quod Dei luceret imago, indispotito subiecto. Corpus non est imago Dei, sed in quo relucet imago. Hinc miraculum insigne, formationis novitate: etenim si homo Dei illustrissima imago; ex limo factus est homo, indispotitione corporis, quo fulgeret imago Deitatis.

8 Restat disquirendum, Creavit Deus hominem ad imaginem suam. Prius decreverat ad imaginem & similitudinem nostram. Ita faciamus: inde difficultatis nodus. Si formandus Adamus ad imaginem & similitudinem, quomodo formatus duntaxat dicitur ad imaginem? Imago est, quo ad dona naturae; similitudo, quo ad dona gratiae: primum, quo ad consistentiam hominis physici; secundum, quo ad formam interni. Vide dicta Tom. 1. Tautol. 2. num. 23. Gratia fit novus homo: homo tantum; ubi Deitatis imago: & dum homo conditur, dicitur formatus ad imaginem, etiam formandus in similitudinem; ut exprimeret maius miraculum in gratia, quam in natura: igitur si imago in indispotito subiecto; amplius & amplius in imagine eximia similitudo Deitatis, indispotitione, ac prava aversione cordis. Adhuc notandum, Ad imaginem & similitudinem nostram. Cuius? Dicit Tertullianus in Praxiam, cap. 12. Faciamus & nostram: & nobis. Si non nobis, casum opus artificis, dum non habet gloriam, cui contulit gratiam: propriamq; arbitratu utilitatem; quam homo fatue aspernatur salutem. Faciamus & nostram & nobis, cum quibus enim (inquit) faciebat hominem; & quibus faciebat similem, Filio quidem quod erat indaturus hominem. Imaginem suam fecerat dici hominem, qui tunc de limo formari habebat. Imaginem Filij crucifixi genitri pro homine: unde si mirabilis hominis physica constitutio, quoniam in indispotito subiecto Deitatis relucebat imago; mirabilior, dum praeter imaginem, etiam Deus adderet similitudinem: quandoquidem magis singulare (similitudine admitta, voluntate prava) videri in averso, duro corde, imaginem Crucifixi.

Cur conversionis Pauli typus formatio primi hominis?

Verf. 26.

Quomodo formatur & perficitur?

Amor Dei erga homines quantum Tertull.

9 Eminet iam gratia Dei in conversione Pauli Doctoris Gentium; ut singulare miraculum. Vas electionis est mihi, ut portet nomen meum coram Gentibus, & Regibus & filiis Israel. Non mirabile, quod portaret nomen, qui portabat Deitatem, Elegi vas cordis Pauli, ait Christus, & Mihi elegi. Ego crucifixus, ille aversus; sed in

Act. 9. 15.

in aversione conversus, supra gratiae ordinem, ut posset portare similitudinem: etenim si similitudo per gratiam, & deformatio per voluntatem aversam; ita gratia prevaluit, vel dum ille pridem restitit; ut in duro pertinaciter corde videretur imago Crucifixi. Formandus erat Paulus, & reformandus: formandus in natura, reformandus à gratia. In natura homo, ab homine primo terreno: in gratia novus homo, sed à Christo; ut qui portabat imaginem terreni primi hominis, eodem modo simul portaret imaginem celestis: videreturque ultra ordinem gratiae, quod primum visum praeter ordinem naturae: equidem si homo ex primo homine indispotito subiecto; à Christo collatio gratiae antecesserit indispotito corde. Hocce mirabile. Praedicat ipse, Deus (inquit) vocavit per gratiam suam, ut revelaret filium suum in me. Datus in revelationem, qui portabat Deitatem. Gratiam suam dicit, id est, gratiam magnam: equidem non tantum gratia, sed & gratiae magnitudo, quod Filius Dei revelaret in Paulo. Revelatio fit, quum aliquid secreti manifestatur. Nihil magis occultum, quam Christus, qui post crucem iam ascenderat in caelum, cuius notitia in salutem necessaria: dicitque Paulus Filium Dei per illum revelari, quoniam in Paulo videbant imaginem Crucifixi. Alia dixi Tom. 1. Tautolog. 5. Didasc. 20. à num. 7.

Paulus portabat imaginem hominis celestis.

Galat. 1. 15. & 6.

10 Nunc Ergo pateat gratia magna, ex huiusmodi Paulo gratia concessa. Dum Christus per illum revelatur, signatur gratia magna, qua in vocatione ad Christum convertitur. Alij convertuntur. Cur in eorum gratia, vocatio non signatur uti summum? Ut per Pauli conversionem peccatores convertantur, quia criminum pondus retrahat à respiciencia pectus, quando clementia in amorem invitat, qui Filium Dei in corde Pauli revelat: equidem accipiet corda, qui non repulit lapidea; quum videatur spectabilis imago Crucifixi, celsitatis impressa faxe, durissimo cordi. Sole exortente, qui in nubilo fuerat prius, in consumptionem sacrificij accensus est ignis magnus: additque textus facer, ita ut omnes mirarentur. Post huiusmodi miraculum & consumptum sacrificium, ex residua aqua Nebemias iussit lapides maiores perfundi: quod ut factum est, ex eis flamma assensa. Adfuit maiora miracula: sed ista quorsum? In consumptionem Israhelitarum, qui nuper educti de captivitate, & converti cupiebant ad Dominum toto corde. Sacrificium indicabat dociles, lapides grandes rebelles;

ignis gratiam de caelo missam, quam debebant expectare, modo criminum corripentur dolore: siquidem ignis gratiae promptus cordibus, si conceptus à lapidibus.

11 In allegoria magis rutilabit historia. Descendit Filius Dei Sol Iustitiae, ut homines revocaret à peccato factus homo. Prius erat in nubilo, sed ut tempus affuit, quo Sol fulsit, igitur ignem mittebat in cordium terram: nimitum, celestem gratiam; aqua praesupposita baptismi, Spiritu divino veniente, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur. Stupuit Paulus, fopire studeat, sed exarsit, orta ampliore admiratione ex subiecto, cui inerat ex igne celestis iustificatio: equidem si magnum, in videmus ignis gratiae, plus gratia in lapideo corde. Aqua perfunditur victima, ut per baptismum emundetur corda, & etiam aqua perfunduntur fasa. Ignis tunc exilit gratiae, qui dignas admiratione; sed magis ac magis conversione Pauli: quandoquidem in silice corde videretur ignis incendium, & etiam ante baptismum, Ergo Didascalice proposito, Eligitur Paulus in conversionem mundi, ut portet nomen Filij Dei incognitum orbi, & homines in illo videant, quem non cognoverant, sperentque gratiam, Domini erga Paulum considerantes clementiam: equidem ignem gratiae elargietur penitentibus, qui ignem elicit ex ipsis etiam silicibus. Baptisma necessarium in eunctorum remissionem peccatorum: spelleque gratiae concipitur, ubi conversio Pauli videtur; quoniam post baptismum dolentes accipient donum, quod susceperat Paulus ante baptismum. Ille nomen Christi portat, qui pridem agre ferebat: erigunturque peccatores in gratiam, Pauli contemplantis formam; quippe ubi fuerat: entitas persecutoris, elucebat imago Deitatis.

Quomodo miraculum?

Paulus ante baptismum iustificatus.

12 Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant, dicit Sapiens indicans duritiam Aegyptiorum, atque è caelo supplicium. Plus quam elementa, corda signantur in pugna: equidem cum caelum emitteret flammam, ita pugnant frigiditas; ut prius eligerent comburi, quam ad meliora converti. Sustinebant vim ignis, & duritia provocabant; quin respicerent, etiam sustinebant: igitur tanta duritia cordis; ut cor non esset, sed glacies. Non tabescebant id est, non liquebant nubes urgentia vehementis ignis, & visis tot mirabilibus coram, quorum aspectu conciliabant resistentiam: equidem si gratia signatur igne, & cor peccatoris glacie; supra glaciem &

Sapient. 16. 22.

Pravitas & durities peccatoris.

DIDASCALIA III.

Periculosus status aegritudinis, confidentia sanitatis.

nivem lapidea, adamantina corda: igitur par erat, urgente caelesti gratia, quod nubes arenium oculorum in fontes tabescerent lachrymarum. Quod Aegyptios obcaebat, in Paulo mirabile erat: siquidem in aqua, quae omnia extinguit, plus ignis va-

Dei gratia, vincitur Pauli protervia.

Et peccatorum duritia.

Plin. Ignis in aqua.

Lucan.

Verba Pauli flamma.

Daniel. 7. 10

Claudian.

A Bominabile remedij genus est sanitatem debere morbo. Cordubens. Stoicus lib. 1. de Ira, cap. 12. Contra accipienda sententia, ut sic praclara: etenim non tantum abominabile, sed sine remedij specie, lethalem morbum debere prevalenti sanitati. Ipse indigitat Epist. 75. Affectus (inquit) sunt motus animi improbabiles, subiti & concitati: qui frequentes, neglectique fecere morbum: sicut distillatio una, nec adhuc in morem adducta, tussim facit, assidua & vetus phtisim. Ni cautio, animus obnoxius exterminio: igitur ex phtisii morbus lethalis, quae videbatur immolesta talsis. Sumus homines, lutea vasa portantes, obviantes offensionis lapidi, & qualibet occasione: unde si semel non cedunt, semel & iterum hincunt, oriente inopino nocamento, quia franguntur aliquando. Quem lapidem non movit Dalila, larva dzmonis, ut omnino langueret virtus Samsonis? Illa infidiebatur, ille iocabatur; & corruit, quoniam minima non respicit. Non illi tanta, & etiam usque in obitum molestia; si virtus esset occulta: amiserit ergo virtutem, quia vanam quaesivit virtutis ostentationem. Si septem nervicis funibus, necdum scitis, & adhuc bumentibus, ligatus fuero (dixit illi per iocum) infirmus ero ut ceteri homines. Haec ostendit, verum iacuit. Ferè hincine virtutis finis, ubi vana virtutis curiositates: equidem virtutis invincibilis lapsus, quod iudicatur à corruente quasi risus. In capillo virtus erat, qua funes ruperat. Capillus quid minimum est in corpore, ceterum constat virtute; ut hostes illicò proterantur, atque postea conferentur: minimifque remisissis cadit, qui in tot difficilia sine laesione potuit; ut constaret, magno interesse levitatem, ad refecandam virtutem.

13 In Lycia Hephestij montes (ait Plinius lib. 2. cap. 106.) tedià flammante tacti, flagrant adeo, ut lapides quoque rivoorum, & arena in ipsi aquis ardeant: aliturque ignis ille pluvij. Exprimat Lucanus lib. 1. Pharsal. à v. 503. Nec quamvis viridi luceatur robore, lentas Ignis agit vires: tedià sed raptus ab omni Consequitur nigri spatiosa volumina fumi: Nec solum silvas, sed saxa ingentia solvoit, Et cruda putri fluxerunt pulvere cautes. Patet, cor Paulus vas electionis, ut portetur nomen Dei: equidem semel tactus flammà caelesti, igne copiosissima gratia, ad Dominum trahebat audientiam corda, quantum duricie criminum faxea: equidem ex corde faxeo, quod concepit semel flammant ignis, flagrantur homines lapides. Non est, qui se abscondat à calore eius: cedit vel adinstat nivis frigidus animus: igitur ita verba ignita iacula fulminant, ut lapides rivoorum vel sub ipsis aquis ardeant. Flavus igneus rapidusque egrediebatur à facie eius. Non expertes huius ignis, vel qui gemebant sub aquis: equidem dum cor per ignem gratia convertitur, aquis lachrymarum alitur. Perpicuus ergo praedicationis effectus: Flavus igneus, Ignis, ut corda audientium accenderet: flavus, ut in fletus liquefaceret: etenim caelesti igne,

2 In coma pra se fertur peccatum veniale; quoniam vires sicut in Samphone non evulsa, sed suspensa. Dum amittuntur, tunc desiderantur: igitur tunc dolet pectus, cum in losu abdiceretur veluti levis capillus. Vires semper in hostes, & hostium consideranda, sed magis unde, ne videatur in animas frages, quam passae vires Samsonis; equidem patent insidiae, quae videbantur illece-



bra: quin cognoscat qui leviter percutitur, quanta patiatur; quippequam defectu capilli cadit, & pili ducit. Infirmus iacet sicut ceteri homines, qui pridem ruperat validissimos funes, orta lamentatione ex neglecta levitate: igitur victos laqueis vincetus erat, quos nuper ruperat. Vinci non potuit per magna, qui subactus irridetur & illudatur per minima, factus infirmior, cum videretur fortior: siquidem hostes armatos vicisset, ni voluntarie leviter caesus esset. Si timeas laquos, & si te vincula terrent, Terreat & lusus.

Peccatum veniale debilitat vires gratiae.

Oth. Vza.

Venenum est

August.

Et vulnus.

Et morbus.

Anselm.

Cur vitandam.

Caes. 4. 9.

tui. Utrumque nescit, & de utroque dolet; quia non dolet Sponsa, eòd videat vulnera in dilecto, quippe levitia; tuncque magis Sponsum pangit; quippe non dolet, considerans, quod levis tantum oculorum aspectus, minimè vulnus. Magis, est dolere Sponsus de oculorum ictu, dolet de capillo despecto: equidem si in Sponsum iniuria, ex oculorum neglecta custodia; plus dolet, quim illa vulnerat, quod vulnus cordis quasi pili faciat. In uno oculorum vulnus, in uno crinium vulnus cordis, ex oblivione vulneris: equidem cum magis faucit vulneris despectus, quam in vulnus levis ictus; corde dolet, quia despectu magis pupugit: igitur gravior plaga inficitur negligentia, quam ipsa plaga. Pili ducit Sponsa cogitationem volatilem, quasi in iudicium non haberet distractionem, vel ex incauta oculorum curiositate, vel ex levi cordis consideratione: & uti vulnus cordis exponitur, quod ab illa uti capillus negligitur; quia negligentia Christum faucit usque in cor, cum capilli capitis omnes numerari sint. Vulnus est ex oculo vago, & ex capillo hudsono, vel non studiosè devio: equidem si cogitatio movetur, dum oculus hinc inde vagatur; ne formetur iterum vulnus, vulnus designat Sponsus de oblita custodia luminum, & motu cogitationum. Non despicenda plaga quia levis, maxime in vehementia amoris: minimaque Sponsus uti vulnus designat, ut Sponsa maiora caveat: igitur neglectis capillis, & emissis oculis, vulnus sanè in mortem animae, ex levi vulnere Sponsi. Vide dicta Tautol. 1. D. 2. à n. 3.

Deum pungit, qui de venialibus non dolet.

Et in maiora cadit.

Ecclesi. 5. 9.

Appropinquat inferno

Bernard. Index vite non vitalis in Mynacbis.

Accinit Otho Venius Emblem. Amor. 44. Quia vincula dirupit, capillum negligit: clauditque laqueus per ludum, quod iudicabat superfluum: etenim virtus enervatur, dum leve, quia leve, admittitur, paulatimque decrevit, quin anima uti levitia mala consideret; quousque imitando Samsonem, incurrit saepe in cordis cacitate: mortemque aliquando, ex non vitata culpa venialis periculo; quoniam quod leve venenum lethale cordi, est venenum quanvis leve. Quavis singula (ait August. Homil. 50. in libell. 50. Homil.) non lethali vulnere ferire sentiuntur; tamen omnia simul congregata velut scabies, quo plura sunt, necant. Paulatim enim pustulae corrumpunt carnem, & sensim ingerunt mortem: imò non sensim, quia confidentia sanitatis, ita ignari lethalis aegritudinis; ut pridem percipiunt vulneribus esse mortuos, quam cognoscant esse infirmos. Scabies est, qua perforata puris acrimonia cutis, & negligitur, quia scabies, morientibus puncturis titillantibus sine remedio; igitur arbitrantur salutem debere morbo. Ratio sepelitur, ubi ita salus in scabies constituitur: quandoquidem cogitat vel mente captus, quod salus esse nequit, si regnat morbus.

3 In Monasterio, ubi minima distractio custodiuntur, ubi rigor Monachorum inviolabilis permanet; ibi pax inter fratres, & in capitulo proclamationes conquiescunt. Ubi verò minimi excessus negliguntur sibi totus ordo paulatim dissipatur, & destruitur: si ergo de virtute in virtutem vultis ascendere; semper timeate, in singulis minimis Deum offendere. Ita Anselmus Epist. 6. ad Monach. Sat enim in revocationem à levi peccato, Dei summe diligendi offensio; igitur si amorem dedecet dilectum vel leviter vulnerare; inexcusabilis erit nota illata offensionis, quantum sit levis. Vulnerasti cor meum foror mea Sponsa, Sponsus queritur. Sed unde vulnus? Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli

4 Vita mea appropinquans erat in inferno deorsum, dicit Siracides. En signa peccatorum venialium, sensum animam versus infernum ducentium. His anima non est in inferno, sed appropinquat: equidem cum in mortem culpa venialis disponat; qui non recesserunt à levis, ac venialibus peccatis, appropinquaverunt usque ad portas mortis. Dicit Bernardus. Sanè invenire est (inquit serm. 5. in Ascension. n. 7.) homines pusillanimes & remissos, deficientes sub onere, virgà & calcariibus indigentes, quorum remissa letitia, pusillanimitas tristitia est; quorum brevis & rara compunctio, animalis cogitatio, tepida conversatio: quorum obedientia sine devotione, sermo sine circumspectione, oratio sine cordis intentione, lectio sine edificatione; quos denique vix gehenna metus inhibet, vix pudor cohibet, vix frenat ratio, vix disciplina coeret. Non tibi horum vita inferno penitus appropinquare videtur? Hi sunt gressus, ubi imperfe-

rum